

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

verba historice tantum proferuntur, nec ullam efficaciam sacramentalem habere videntur. Attamen, si... forma repetenda sit, juxta rubricas incipiendum erit ex verbis: *Qui pridie...*—II, 287, quær. 2.

93. An in consecratione calicis sola hæc verba: *Hic est calix sanguinis mei ..* sint de essentia formæ?

Affirm. Ratio est, 1.º quia verba consecrationis panis sunt hæc: *Hoc est corpus meum*. Ergo a pari... 2.º Quia sola illa verba per se exprimunt præsentiam sanguinis Christi sub speciebus vini. Ita communiter contra aliquos. Vide S. Ligorium, num. 223. II, 287, quær. 3.

94. An regulares sacram communionem in suis ecclesiis ministrare possint die Paschatis?

Resp. 2.º *Non possunt...* Intellige, si sermo sit de personis sæcularibus monasterio non inservientibus, etsi jam antea præcepto annuæ communionis in propria parochia satisfecerint. Ita sæpius Sac. Cong. Concilii. Aliqui tamen asserunt adesse constantem consuetudinem in contrarium, quæ jus adstruat. S. Ligorius, num. 240.—II, 290, quær. 2.

95. Quid agendum, si habeatur hostia dubie consecrata?

Sumenda est a sacerdote in Missa ante ablutionem.—II, 313.

96. An qui mane communicavit ex devotione, teneatur aut possit, urgente periculo mortis, viaticum sumere?

Triplex est sententia probabilis... 1.ª affirmat teneri... 2.ª dicit non teneri, sed posse communicare... 2.ª conten-

magis quia rubrica, quando forma est repetenda..., præcipit ut sacerdos incipiat ab illis verbis: *Qui pridie...*—VI, 622.

Utraque sententia est speculative probabilis; sed *in praxi certum est* quod sacerdos *graviter peccaret*, si non proferret omnia verba quæ in consecratione calicis habentur; et si forte tantum prima verba dixisset, *d.beret utique sub conditione integram repetere formam.*—VI, 223.

Apud Benedictum XIV adest decretum Sacræ Congregationis..., quo sancitum est *posse Episcopus prohibere regularibus* ne die Paschatis ministrarent Eucharistiam sæcularibus, etiamsi ipsi satisfecissent præcepto Ecclesiæ. Et quamvis ab eadem Sacra Congregatione, ad instantiam parochorum Lovaniensium, responsum fuit... *posse ministrare, excepto die Paschatis, tamen intelligendum est, præsupposita Episcopi prohibitione.*—*Homo apost.*, tract. XII, 41.

Et ego addo *post ablutionem, sed ante purificationem*; quia reliquæ sanguinis sunt *certe Sacramentum, sed hostiæ illæ... dubie.*—VI, 217.

Probabilior mihi videtur sententia Lugonis, qui distinguit inter *morbum naturalem et violentum*; et ait: quod si

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

dit nec teneri, nec posse... In praxi igitur *pro libertate standum est.*—II, 319, quær. 3.

97. An possit communicare qui positive dubitat utrum post mediam noctem cibum aut potum sumpserit, aut in ipso die aliquid deglutierit?

Affirm. probabilius. Ratio est, quia in casu non constat de violato jejuniio, et proinde non constat communionem esse interdictam; factum enim violati jejunii esset probandum, prius quam invocetur lex prohibens Eucharistiam non jejuno.—S. Ligor. tamen, num. 282, cum aliis *hoc admittit tantum pro dubio negativo.*—II, 332, quær. 6.

98. Quanto tempore debeat distare una communio ab alia, si ægrotus non jejunus communicet?

Sententia communior docet distare debere octo diebus circiter. Sed *non improbabiler* plures cum S. Ligorio dicunt infirmum, *assuetum sæpius ex devotione communicare, bis in hebdomada* communionem absque jejuniio suscipere.—II, 335, quær. 13.

99. An polluatur ecclesia per homicidium non injustum?

Polluitur ecclesia 1.º per homicidium voluntarium et *injustum.*—II, 388.

quis fuerit vulnere percussus, vel ex alto ceciderit, *potest* communicare; imo *tenetur juxta nostram sententiam*, quia hic revera non accepit viaticum in mortis articulo constitutus.—VI, 285, dub. 3.

Dubium tamen an deglutiverit aliquid a media nocte, non impedit a communionem..., quia hoc præceptum... est negativum, ne communicet post jejunii fractionem; quare, *quoties non est certum* de jejunii fractione, non possidet jam prohibitio, sed libertas communicari volentis.—*Homo apost.*, tract. XV, 35.

Potest communicare... quamdiu in contrarium non dantur *præsumptiones tam fortes*, ut operans probabilis credat jam sonuisse duodecimam.—I, 39; VI, 282, in fine.

Non improbabiler Layman... dicunt quod infirmus, *assuetus sæpius ex devotione communicare, bene possit altero die statim post viaticum sumptum suscipere communionem non jejunus*. Idque *in singulis diebus admittunt Pal...* apud Croix, et probabile putat Tamb.—VI, 285, dub. 1.

(Busebaum apud S. Alphonsum) Polluitur 1.º per factum in ea homicidium mortaliter malum seu injuriosum, saltem immunitati Ecclesiæ, quale etiam est *quod alias justum esset per sententiam judicis.*—VI, 364.

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

100. An aqua ad reconciliandam ecclesiam non consecratam debeat esse ab Episcopo benedicta?

Si ecclesia fuit tantum benedicta, reconciliari potest a sacerdote delegato ab Episcopo, cum orationibus consuetis ad benedictiones faciendas, *et cum aqua ab Ordinario benedicta.*—II, 389.

Si vero (ecclesia) tantum fuerit benedicta, potest fieri reconciliatio a simplici sacerdote... Debet tamen præcedere Episcopi delegatio... *Aqua autem potest benedici ab ipso sacerdote.*—VI, 363.

101. An sit mortale celebrare sine manipulo?

Probabiliter non est mortale celebrare sine manipulo, vel sine manipulo benedicto.—II, 392, quær. 2.

Loquendo de stola et manipulo, *verius affirmandum cum communi sententia*; quia, deficiente alterutra istarum vestium... deficit cultus debitus. Idem dicendum... de stola vel manipulo *non benedictis*. Probabiliter tamen excusat gravis necessitas.—VI, 377.

102. An calix et patena consecrationem amittant, si inauratio pereat?

Affirm.—Igitur *post novam deaurationem* consecratione nova indigent. Sic ex recenti declaratione S. Congregat. Rituum, 14 Junii 1845... Hinc dirimitur controversia theologorum, quæ in antecessum hac de re existebat.—II, 394, quær. 6.

Casu quo per longum usum *inauratio deperdatur*, puto probabilius... non requiri novam consecrationem... (Sed calix) denuo est consecrandus... cum *nova fit inauratio* (quia) intervenit aurum de novo additum, quod non est consecratum, immediate sanguinem tangens.—VI, 370, dub. 2, in fin.

103. An generatim rubricæ de agendis extra Missam sint mere directivæ?

Rubricæ quæ servantur *extra Missam*, id est, ante vel post sacrum, *habentur communiter ut mere directivæ*... Controvertitur tamen quod orationes quæ ex rubrica recitandæ sunt dum vestes induuntur; sed tenendum est, ait S. Ligorius, num. 410, cum communi sententia earum omissionem esse venialiter culpabilem. *Plures tamen tenent cum Suarez hanc omissionem omni culpa vacare.*—II, 403.

Rubricas de agendis extra Missam probabiliter dicunt plures doctores *ALIQUAS esse tantum directivas*, prout manuum ablutio post Missam.—*Exam. Ordin.* 112 (vid. etiam lib. VI, 409, in fine; et 410, dub. 3).

Tract. de Pœnitentia.

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

104. An peccata accusata in genere sint materia sufficiens sacramenti Pœnitentiæ?

Resp. 1.º Quoad *validitatem*... *2.º affirm.*, saltem multo probabilius, *etiam extra casum necessitatis*, si materia necessaria seu in specie declaranda deficiat...

Resp. 2.º Etiam quoad *licitatem affirm.*, saltem probabiliter... Quod spectat autem ad accusationem generalem de peccatis vitæ antectæ, quam pœnitentes pii subijcere solent in fine confessionis... satis est sane ut quis dicat: *Accuso me de peccatis vitæ præteritæ, vel totius vitæ meæ.*—II, 421.

Curet (confessarius), si pœnitentem sine peccato vult absolvere, aut eum disponere *ad dolendum præsertim de aliqua levi culpa* a qua ille magis horreat, aut ei insinuare ut confiteatur *de aliquo peccato graviore vitæ antectæ* CONTRA ALIQUOD PRÆCEPTUM; sufficit enim ut confiteatur in generali absque numero, ut habeat materiam certam super qua inniti possit absolutio.—*Homo apost.*, tract. ultim., 9.º (cfr. *Prax. Conf.*, 71, in fine).

105. Quas ob causas absolvere liceat sub conditione?

Servatis debitis conditionibus..., licet absolvere conditionate in sequentibus casibus... *3.º* In dubio *jurisdictionis* ex parte confessarii...; *8.º* in dubio *de dispositione pœnitentis*, urgentem non tantum extrema, sed etiam *simpliciter gravi necessitate* spiritali. S. Ligor., 432.—II, 435.

Sed hoc non admitterem (absolvere in dubio facti circa jurisdictionem), *nisi pœnitens diu deberet carere absolutione.*—Si dubitetur an pœnitens sit *rite dispositus* (absolvi possit)... Sed huic doctrinæ sic generaliter traditæ nec valeo acquiescere: nam dico *1.º* non posse absolvi sub conditione peccatorem recidivum in culpas lethales, qui non probetur dispositus per signa extraordinaria... *nisi prudenter timeatur quod peccator ille non amplius ad confessionem redibit, et in peccatis suis tabescet.*—VI, 432; *Homo apost.*, tract. XV, 34.

106. An opinio quæ dicit dilationem contritionis ad mensem productam esse peccatum grave, sit omni destituta fundamento?

Quanta debeat esse dilatio hæc, ut gravis censeatur, determinari certo non potest: alii illam producunt ad annum; alii ad sex menses; alii cum S. Ligorio ad mensem; nulla tamen ratio sive auctoritas huic ulti-

(Ratio est, quia differendo per notabile tempus) peccare contra præceptum charitatis erga Deum...; tum contra charitatem erga seipsum, *cum se exponeret proximo periculo novarum culparum*, tentationibus succumben-

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

mæ sententiæ favet. — III, 444, quær. 2.

107. An ille qui in articulo mortis suscipit sacramentum Pœnitentiæ cum attritione, teneatur insuper elicere actum contritionis perfectæ?

Resp. 1.º *Non videtur teneri ad actum contritionis explicitum*, cum moraliter certus sit se fuisse justificatum per solam attritionem cum Sacramento. Ita Lugo, et alii communiter *contra nonnullos*.

Resp. 2.º Tenetur autem juxta quosdam, qui dicunt præceptum charitatis perfectæ urgere in primis in articulo mortis.

Quidquid sit, *expedit ut moribundi excitentur tum ad actum charitatis, tum ad actum contritionis perfectæ*.—II, 445.

108. An contritio debeat præcedere confessionem?

Resp. 1.º Debet certo præcedere absolutionem...

Resp. 2.º Ad Sacramenti valorem *non debet dolor necessario præcedere accusationem*.—II, 447.

109. Per quantum temporis spatium actus doloris moraliter perduret ad valide suscipiendum Sacramentum?

Juxta sententiam communem, *perseverare potest per unum aut etiam plures dies*, modo elicitus fuerit intentione confessionis faciendæ, et non fuerit retractatus. Cæterum suadendum est pœnitentibus.—II, 447, quær. 7.

do: ratio patet ex eo quod docet Div. Gregorius... VI, 347.—Verum tamen est, quod rudes difficulter eam obligationem advertant. — *Homo apost.*, tract. XVI, 10.

Utraque sententia est probabilis; sed prima (affirm.) *omnino est consulenda*, cum agatur de summo salutis negotio, cujus periculum est irreparabile. Imo dico esse *omnino sequendam* (sent. affirm.) ab eo qui esset in *actuali articulo mortis*: tunc enim quisque tenetur elicere actum charitatis..., cui nemo potes satisfacere, *si, occurrente memoria peccati*, ex eodem charitatis motivo peccatum non detestetur.—IV, 437, dub. 2, in fine.

Dico esse probabilem primam sententiam (affirm.), proptereaque *in praxi sequendam*... Sufficit (autem) si pœnitens post actum doloris dicat: *Iterum me accuso de omnibus peccatis confessis*.—*Homo apost.*, tract. XVI, 19.

Non dubito asserere, quoties confessio *derivat ex peccatorum dolore*, semper virtualiter perseverare dolorem saltem *per unum aut alterum diem*... Secus autem, si quis ex mera devotione, aut ad votum, aut pœnitentiam implendam, confiteretur. — *Homo apost.*, tract. XVI, 20.

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

110. An requiratur novus actus doloris ad novam absolutionem suscipiendam, quando pœnitens statim post absolutionem peccatum mortale ex oblivione omissum confitetur?

Sententia communior et multo probabilior negat; quia certo perseverat prior contritio... cum S. Ligorio.

Sententia (affirm.) *levi fundamento innixa videtur*.—II, 448.

Quamvis dolor in se moraliter perseveret, non tamen perseverat in Ordine ad secundam absolutionem (et enim); probabiliter ad valorem Sacramenti requiritur ut dolor... sit elicitus in Ordine ad absolutionem. Cum ergo hæc sententia (affirm.) sit *probabilis*, imo *probabilior*, in praxi omnino sequendam esse dicunt...; saltem *tutius* censeo tenendam.—VI, 448.

Véase que Gury le citó indebidamente á su favor.

111. An sufficiat attritio ex metu pœnarum temporalium, prout a Deo infliguntur?

Affirm. probabilius, modo sit supernaturalis... S. Ligor., 443.—II, 452, quær. 7.

Sententia (affirm.) *videtur probabilior*... At cum (sent. neg.) *non careat sua probabilitate*, saltem extrinseca, puto *tutius* in praxi eam servandam esse.—VI, 443.

112. An ad sacramentum Pœnitentiæ rite suscipiendum requiratur propositum explicitum?

Juxta S. Ligorium triplex est sententia. Prima, quam pauci quidam tenent, absolute affirmat... Secunda absolute negat... Tertia, quam communem dici testatur S. Ligorius, docet quod, si pœnitens cogitet de vita futura, debet formaliter proponere emendationem. Secus, si nihil de futuro cogitet... Suum de hisce judicium sic S. Ligorius interponit. Hæc duæ ultimæ sententiæ sunt quidem probabiliores; sed quia *prima non caret sua probabilitate*, in praxi *ante factum* tutius sequenda est.—II, 462.

Dico ante factum, nam dicunt Croix... quod si bona fide cum vero dolore confessus fueris sine proposito formali, non teneris confessionem repetere... Nihilominus *nec etiam valeo huic sententiæ acquiescere*; ratio, quia cum prima opinio sit sufficienter probabilis, pœnitens qui gravem culpam et certam pertravit, tenetur de ea confessionem explere, non tantum probabiliter, sed etiam certe validam.—VI, 450, in fine.

113. An necessario accusanda sint peccata gravia, certe quidem commissa, de quibus tamen dubites an confessus fueris?

Affirm., si dubium sit negativum. *Controvertitur* autem, si dubium sit positivum, id est, si positiva et gra-

Verum... *nec valeo hanc approbare sententiam* (neg.) quoad peccatum probabiliter confessum, cum obligatio

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

vis ratio suadeat peccatum jam esse declaratum. Alii dicunt hujusmodi peccatum esse declarandum, quia obligatio confessionis est certa, ejus autem adimpletio dubia. Ita S. Ligor., 474. *Negant tamen alii communissime* cum Suarez, Lugo, Lacroix, Bonacina, etc.—II, 479.

confessionis sit certa, et satisfactio dubia.—Non autem reprobo... quod ille qui diligens fuit in suis peccatis confitendis, si postea dubitat an aliquid peccatum omiserit, postquam multum elapsus sit tempus a quo illud patravit, non tenetur ad confitendum *cum possit credere eo casu moraliter certe* jam de illo confessum fuisse.—VI, 477.

114. An qui confessus est aliquod peccatum tamquam dubium, debeat illud repetere, si illud ut certum postea cognoscat?

Controvertitur. 1.ª sententia probabilior et communis affirmat... 2.ª sententia sat probabilis negat.—II, 480.

Vera et communissima sententia... affirmat...—Homo apost., tract. XVI, 34. Sententia communis, quam sequimur, affirmat.—VI, 478.

115. An muti scientes scribere, teneantur scripto confiteri ad procurandam confessionis integritatem?

Communior sententia negat...: permitti tamen id potest; at curandum ut statim scriptura aboleatur.—II, 503, quær. 7.

Prima sententia negat... Secunda vero *probabilior et communior affirmat... Ratio, quia qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad media non difficilia. Id tamen intelligendum... si moraliter absit manifestationis periculum, aut grave incommodum extraordinarium.*—VI, 479.

116. An repetenda sit confessio cum dubia contritione facta?

Neg. per se... Attamen in praxi sedulo attendendum est ad pœnitentis conditionem. Si enim pœnitens sit homo sat prudens et gravis in suis actionibus ordinariis vel in suis confessionibus, adest saltem vera probabilitas, imo et legitima præsumptio de valore confessionis; nec proinde urgendus est ad eam repetendam. Si tamen supponatur homo levis et in plerisque suis actionibus inconsideratus, repetitio confessionis ei consulenda est. Ita communiter.—II, 513.

Si quis est certus de peccato commisso..., ille cum dubio negativo aut *positivo* an recuperaverit nec ne amisam gratiam, v. gr., *cum dubitat an confessio fuerit nulla ex defectu dispositionis, aut jurisdictionis, aut si dubitat de contritione in casu necessitatis communicandi, non potest communionem recipere; quia tunc agit contra præceptum quod requirit probationem non solum probabilem, sed etiam certam, sicut fuit certum peccatum.*—*Homo apost., tract. XV, 34.*

P. GURY.

S. ALPHONSUS.

117. An cogendi sint recidivi ad confessiones præcedentes repetendas?

Neg. per se... Aliquando tamen ex variis circumstantiis judicari prudenter poterit recidivum quempiam invalide confessum fuisse.—II, 513, quær. 3.

Si pœnitens *aliquandiu* post confessionem *dignos pœnitentiæ fructus fecit...*, confessarius judicabit validam fuisse confessionem. Secus si *paulo post confessionem, seu data prima occasione, lapsus fuerit. Tunc... revera moraliter certum est confessiones fuisse nullas.*—VI, 505.

118. An obliget sub gravi pœnitentia in se quidem gravis, sed pro solis venialibus imposita?

Neg. probabilius. Ratio est, quia tunc non est necessaria satisfactio in quantum est gravis. Unde, sicut confessarius non tenebatur, imo non poterat illam imponere sub gravi, ita nec pœnitens sub gravi implere tenetur. S. Ligor., num. 517.—II, 528.

Sentio tamen dicendum... quod *si per accidens peccata illa venialia valde disponent pœnitentem ad mortale, tunc posset confessarius gravem ei imponere pœnitentiam, ut ipsum removeat a periculo peccandi mortaliter; et tunc tenebitur pœnitens, si velit absolvi, illam acceptare et adimplere.*—VI, 517, post. med.

119. An confessarius pro gravibus culpis pœnitentiam possit imponere gravem quidem, sed leviter obligantem?

Affirmative, quia legislator quilibet gravem materiam sub levi imponere potest; sed generatim hoc non expedit. Suarez cum communi apud S. Ligor.—II, 528, quær. 2.

Sed non probarem, si confessarius ex hac doctrina vellet pro peccatis gravibus totam pœnitentiam imponere sub levi; excepto casu gravis ægritudinis aut intensissimæ contritionis, vel alio casu rarissimo...: censeo enim ex præcepto Tridentini teneri semper confessarium injungere aliquod grave opus sub obligatione gravi.—VI, 518, med.

120. An peccet qui implet pœnitentiam in mortali?

Resp. 2.º Juxta quosdam venialiter peccat... Plures tamen graves theologice probabiliter tenent cum Lugo illum ab omni culpa eximi.—II, 529, quær. 5.

Alii, ut Lugo... dicunt nullo modo peccare... Alii tamen *probabilius* tenent *peccare venialiter...* ita Suarez, Laymann..., et Salmant. etiam probabile censent.—VI, 523.